+

Krynskij

Debitum

Coram officio et actis praesentibus castren Capitan Branscen personaliter comparens No-
bilis Leonardus olim Laurentij Kuczynsky sanus mente et corpore existens pa-
lam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Nicolao olim Andreae Krinsky et
in eventum mortis illius legitimis successoribus tenetur estque debeat certi et li-
quidi debiti mutuati ergo pecuniarum summam Centum florenorum polon. quemlibet
florenum per Triginta grossos polon. computando et numerando Eandemque
summam idem recognoscens submittere ac de bonis generaliter omnibus
universis memorato Creditori suo sive eius successoribus hinc et ab actu
praesenti Pro festo Sancti Michaelis Archangeli proxime futuro pa-
rata pecunia solvere, dare, reddere, realiter et effective restituere, extra
circa acta castren Drohicensia reponere et relinquere repositamque et
relictam ad se nervus ab eod officio non recipere neque modo quovis
arestare aut effectu habere. Sub vadio simili aliorum Centum florenorum
polon. in defectu solutionis pro tempore praefixo ad solvendum irremissibili-
ter succumbendo. Pro quo quidem vadio ex inde succubito ac summa essen-
tiali memoratus recognoscens suis cum successoribus ad instantiam supra
scripti Nobilis Nicolai Krinsky Creditoris sui sive eius successorum ad of-
ficium praesens stantes existens sive eius successores citati existentes in iudicio
parere respondere pro vadio succubito ac summa principali tam et sua
in omnibus ab officio non recedendo satisfacere omneque iudicatum par-
tenebitur eiusque successores tenebuntur. Eundem Terminum primum
peremptum et alios causae eiusdem Terminos semper peremptorios
vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori minori nocte suc-
cessorum carta extraditione mala positione inordinata scriptione litera
nova ac ignorantia processus inconsummatam obtenti Non subterfu-
giendo, imo etiam exceptionibus allegationibus evasionibus, simplicibus dilata-
torijs dillationibus quibusvis motionibus appellationibus ac causa pro
se quaerimonijs praemissa evadere volendo. [illegible]
nis remedijs ac defensionibus legalibusque impedimentis etiam de iure conces-
sis [illegible] successores [illegible]

Zawadzky

Demissio.

Coram officio et actis praesen Capitan Castren Branscen personaliter compa-
rens Nobilis Laurentius olim Bartloi Zawadzky sanus mente et cor-
pore existens palam publice recognovit. Quia Nobili Andreae Zawadzky
fratri suo germano obligationis medietatem terrae immobilis in bonis Zawa-
dy sitae sibi recognoscenti per parentem suum in quatuor sexagenis polon.
inscriptae acceptis duabus sexagenis cum omnimoda potestate eius-
modi inscriptionis sibi paratam in bonis ratione legamentis in originali
inscriptione content. remittit. Omneque et omne ius suum sibi ad summ.
ipsa servientis in personam eius et successor. plenarie transfert et transfundit.